



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Salutis causa potissima & media quæ Titul. primus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

2

SVMMA DOCTRI-
NÆ CHRISTIANÆ
CATHOLICÆ,

TITVLVS PRIMVS.



PRIMO, hoc sine dubio & ir-
reuocabiliter est tenendum,
& credendum, quod Christus
solus est causa potissima, quod
Deus remittat peccata, do-
nat Spiritum sanctum, & vitam
aeternam: sic ad Col. 1. Per il-
lum complacuit patri, sibi o-
mnia reconciliari, pacificari
per sanguinem crucis eius, si-

ue quæ in cælis, siue quæ in terra sunt. Nō ergo ope-
ra nostra sunt causa potissima, id est, principalis iu-
stificationis & salutis nostræ, sed sola Christi victima,
Esai. 53. quæ meruit nobis, ob quā Deus pater omnia
facit, Phi. 2. Hæc fides est necessaria ad salutem: Chri-
stus meruit salutem æternam, antequam nos nati su-
mus. Sunt ergo viua media verbo Dei annexa.

Secundō, fides, charitas, spes, timor, castitas &c. fru-
ctus Spiritus sancti, Galat. 5. Sacramenta, obedientia
legis decalogi, Exod. 20. opera, cæremoniæ, & omnia
alia, quæ nos facimus, hæc solum sunt media, & non
merita, per quæ Deus vel distribuit gratiam & bene-
ficia Christi, sicut per fidem iustificat, Rom. 3. Et per
sacramenta operatur in anima, id est, lauat à pecca-
tis, cōfirmat, docet, incorporat & vnit, recipit lapsos,
non imputat negligentias coniugum, & remittit &
alleuiat peccata &c. Nam Deus est qui baptizat, Ioā.
1. consecrat, Mat. 26. absoluit &c. Ioan. 20. At per hæc
media nos apprehendimus, & nobis appropriamus

A a 3 benefi-

beneficium Christi, sicut fide & pœnitentia, Marc. 1. appræhēdimus remissionem peccatorum, fide & baptismo, insertionem corpori Christi mystico, Roma. 6. &c. Igitur sine his medijs nec Deus operatur in nobis aut distribuit gratiam, nec nos appræhendimus. Nam sic est voluntas Dei, per hæc media, id est, fidem & sacramenta, nobiscum agere & distribuere sua dona gratiæ propter Christum: nam omnia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, sicut Apostolus ait Roma. 13. Qui ergo media contemnit, nihil accipit, id est, sine fide & pœnitentia remissio peccatorum non sequitur, licet Deus potentiam suam non alligat sacramētis. Sunt ergo media, fides & sacramenta, non autem merita gratiæ vel causa. Hæc enim solus Christus est: At per hæc media nos retinemus appræhensam gratiam per fidem & sacramenta, sicut sunt præcepta decalogi, cæremoniæ, vota, cultus. Hæc enim custodiunt ne secundum carnem ambulemus: alioqui moriemur & amittemus appræhensam gratiam, Roma 8. 1. Cor. 6. Galat. 5. Ephes. 5. Ad hoc etiam Spiritus sanctus nobis datus est, vt per hanc obedientiam legis, & virtutes suas Gala. 5. in nobis operetur, obedientiam & retentionem legis, bonorum operum & cultuum.

Tertiò, quandò ergo nos exhibemus tanquã obediens instrumentum per quod Deus operatur, id est, quandò acceptamus fidem & sacramenta, obedimus diuinis præceptis, & colimus Deũ intus & foris, hæc nostra obediētia voluntaria impetrat à Deo propter Christum nedũm distributionem beneficiorum Christi, & nedũm appræhendit & retinet gratiam, sed vltra hoc etiam ingentia præmia in hac, & post hanc vitam secundum gradus laborum, 1. Corin. 3. & 15. Differt stella à stella &c. Et tandẽm in possessionem vitæ æternæ ducunt, iuxta illud Matt. 25. Esuriui, &c. Hæc clara est catholica doctrina, tribuens Christo honorem, & obediētiam nostram retinens &c. Nec tribuit
causam

TITVLVS II. 5

causam salutis, nostris operibus, sed DE O propter Christum &c. Est enim differentia inter iustificatio- nem & remunerationem.

PRAEDICATORIS PE-
riculum.

TITVLVS II.



Vgustinus Ser. 163. de tēpore, Duo sunt In princi- pio libelli
in prädicatore vel Episcopo confide- de pastori-
randa: vnum, quòd Christianus est: Al- terum, quòd prädicator, præpositus, bus.
Episcopus: illud quòd Christiani sumus,
propter nos est: Quòd autē prädicator vel Episcopus,
propter populum est. Sunt ergo multi Christiani, &
non præpositi vel prædicatores, & sacerdotes qui ad
Deum perueniunt faciliore itinere, & tantò expedi-
tiùs ambulantes, quantò minorem sarcinam portāt.
In eo enim quòd sumus Christiani, pro nobis oportet
reddere rationem de vita, Matth. 18. Redde ratio-
nem villicationis tuæ. Et 2. Cor. 5. Omnes stabimus
ante tribunal Christi &c. In hoc autem quòd sumus
Episcopi & prædicatores, rationem reddemus Deo
de dispē satione nostra, & de ouibus commissis, Heb. Eccle. 12.
13. & 1. Petr. 5. Venit enim dies, quo cuncta adducun-
tur in iudicium.

Secundò, grauiſſimum est audire sententiam Dei:
Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & Eccle. 3.
audies verbum de ore meo, & annunciaris eis ex me:
Si dicēte me ad impiū, morte morieris, nō annuncia-
ueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua im-
pia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur,
sanguinē autē eius de manu tua requirā: si autē tu an-
nūciaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus ab impie-
tate sua &c. Et cap. 34. inquit Deus per Prophetā: Lac
comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum
Aa 4 erat,